

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXIV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

pedibus, lacertarum cauda, dentibus acutissimis, cuniculis majores, in arboribus, terra, aquis, absque discrimine degentes, famis ad multos patientes dies, Anno 1543 in finibus Germaniæ prope Styriam, quadrupes, lacertorum instar, & alati apparere, morsu immedicabili. Anno vero 1551 circa diem divæ Margarethæ in Hungaria prope pagum Zischam, juxta Theisam fluvium, in multorum reperti corporibus, tria fere hominum enecavere millia. Emerferant quibusdam per os, sed se abdidere iterum. Fidem fere excudit, quod de iisdem locis dicitur. Inventos nimirum innumeris in strue manipulorum frumenti: quos cum exurere vellent rustici, prodidisse cæterorum maximum, & humana, ut abstinere, monuisse voce. Non secundum naturæ se genitos cursum, sed divinitus propter hominum immixtos peccata. Stupendum in quibusdam venenum. In agro Terrarienti non procul Dortona, cum Palaricus quidam Hispanicâ lancea serpentem interfecisset: morte cum equo deletus est. *Scalig. Exerc. 200.* Idem fere in agro Tridentino accidisse observavit *Mathiolus*. Cum enim rusticus quidam in vineis serpentis capiti hastam sat longam infixisset, magno statim correptus est tremore. Revocatus antidotis ad vitam, duobus post annis ferè corporis affligebatur stupore.

C A P U T XXXIV. DE SCIURO & SIMIVULPA.

Sciuris intestinum cæcum tantum est, magnitudini ventriculi respondens, inque sectione fecibus semper repertum turgidum, scribit *Vesalius*. Genitale ofscum habere dicuntur. Prævident tempestatem, obstratisque qua spiraturus est ventus cavernis, ex alia parte aperiant fores. *Albert.* Transitus aquam pastus gratia, corticem levissimum imponit eidem, huicque insidens, caudaque erecta velificans, flante vento subvehitur. *Auctor libri de natura rerum Simivulpa* ani-

QUADRUPEDUM. 331

animal est in Patiana regione Indiae. Anterior vulpem refert, posterius simiam, pedes humani sunt, aures noctuae. Sub communi ventre, venter alius est marsupii instar. In hoc servatur proles, nec prodit nisi ut laegetur. *Gillius*. Vidisse se mortuam scribit *Petrus Martyr*. Decad. 1. l. 9. inter arbores tantas, ut sedecim hominum manu junctorum, in gyrum vix concludi possent lacertis.

CAPUT XXXV.
DE SIMIA.

Simiarum ingens in quibusdam terris est multitudo. Vidit plenam iis in Lybiae ora sylvam *Tosidonius*, montes in India refertos *Alexander*. Certe insidiantem sibi exercitum, cum erecto illos corpore, casu conspexisset, existimavit. *Alian*. Iubatae sunt in Troglodytica, leonum modo, maximae vervecis proceritate. *Scalig. in Exercit.* In India mediterranea ingentes corpore, & civiles mercatus sine omni offensione adeunt. Inter universa quadrupedum genera, visceribus, musculis, arteriis, nervis, homini Galenus putavit simillimum. At *Vesalius*, in musculis thoracis, brachium, cubitum, & femur moventibus, scapulas & pedum digitos agentibus, interna denique manus, fabrica dissimillimum testatur. Visum est cor maris duo habens acumina. *Albert*. Sine cauda plures vidit *Scaliger*, quantus est puer octo annorum: mare quoque ac foemina cum prole. Filiolus si quid desiderat, pugno a mare monetur foemina, & addita vultus acerbitate castigatur, malae tractationis rea. Luna cava tristes esse, quibus in eo genere cauda sit. Novam exultatione adorare tradit *Mutianus*; addit visas qui latrunculis luderent. Perversissime homines imitatur. Cum enim nutricem infantem lavare, fasciisque convolutum cunis imponere vidisset, per patulam solitudinem inspecta, ingressa fenestram puellum sublatum nudavit, eundemq. fervida perfusum aqua interfecit. *Alian*.
Hor.

MIRANDA
cauda, demoustrat
doribus, terra, aqua
mis ad multos pariter
ermania prope Syria
tar, & alii apponunt
eto 1551 circa dicitur
prope pagum Zilan
cultorum reperiri com
ere millia. Emelice
videre iterum. Fides
is dicitur. Invenit
ipalorum framentis
oditille caeterorum
monuisse voce. In
rsam, sed dicitur
ata. Suspendunt
tarenti non quia
Hispania dicitur
ego delectat et
Troidentino accidit
im rusticus quidam
is longam hinc misse
et. Revocatus ante
re corporis affligit

XXXIV.
SIMIVUL
num est, magis
ue sectione fecit
it Vesalius. Gen
lent compellere
is caventis, et
turus aqua pro
ponit eadem, qu
nificans, hanc
tura rerum dicitur